



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

III. Quinam subjaceant casibus reservatis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

maiores potestatem quam aliquibus Religiosis, de quorum aptitudine forte aliquando dubitet.

An possit esse nimia.

3. Secundum: Si reservatio sit indiscreta, seu nimia, puta cedens in damnum potius, quam utilitatem animarum reddensque usum Confessionis nimis onerosum; peccabit mortaliter reservans, etiam si sit Summus Pontifex. At vero, si fiat ejusmodi reservatio reservatio ab Episcopo, an sit valida? (nam si à Summo Pontifice fiat, validam esse, fateamur omnes) est questio videnda apud De Lugo, d. 20, de poenit. sect. 2, qui postquam attulisset Vaquez doctorem, esse invalidam propter verba Trid. sess. 14, cap. 7. asserentis Episcopos, reservare posse casus in salutem, non in destructionem, & Suarium docentem esse validam, quia prædicta Tridentini verba non clare auferunt potestatem ab Episcopo, postquam, inquam, eos attulisset Suarii sententiam approbasset, addit limitationem, dicens, esse invalidam, saltem, quando Parochis diminueretur notabiliter munus absolvendi: sic enim Episcopus moraliter tolleret ab his munus Parochi, quod certe tollere non potest, nisi propter eorum ineptitudinem, vel in poenam; sic ille. Addamus nos, idem debere dici de Regularibus exemptis legitime, & absolute ab Episcopo approbatis: cum enim ab his ex communi sententia, à lib. 5. de poen. cap. 5. §. 4. d. n. 49. nobis dicta, & ex ipse De Lugo de poen. d. 21. §. 3. d. n. 36. confirmata, invalidè, sine iusta causa Episcopus auferret dictam approbationem simpliciter, & absolute datam Regularibus, invalidè etiam notabiliter diminueret. Illud est certum, in dubio, semper præsumendum, esse licitam, validamque reservationem, quia semper præsumere debemus pro Superiore; recurri nihilominus posset ad Superiorem majorem, ut moderationem adhiberet. Lege Suar. de poenit. dist. 29. sect. 4. Instr. Sacram. Cong. apud Quarantam, V. casus Reserv.

An semper sit perpetua?

4. Tertium. Casus ab Episcopis & Prælatibus regularium duobus possunt modis reservari. Primo, per modum legis, seu statuti ut sit communiter in Synodo Diocesana, vel in capitulis Religiosorum, & tunc reservatio durat, etiam post illorum mortem, & donec à successore revocetur, quia lex est ex se perpetua. Secundò, per modum præcepti, seu edicti ab Episcopo, vel Regulari Prælate promulgati; & tunc reservatio spirat, Episcopi, vel Prælati morte, ut est communis doctrina de duratione legis & præcepti. Lege tamen Quintan. de sing. 11. n. 2. qui notat tamen, præcepta Generalis Societatis Jesu, atque adeo ejusdem reservationes, ut etiam communicationes Privilegiorum durare etiam ipso defuncto, vel amoto ab officio, nisi ea revocentur à Successore, idque propter peculiare Societatis Jesu, Decretum, quod fuisse deinde à sequente Generali extensum ad præcepta aliorum Superiorum, ne te prætereat. Lege in Congr. 4. decis. 1. & Congr. 13. & in Congr. 7. Decr. 67. can. 10. & apud Castrop. t. 3. tr. 16. d. 5. p. 9. n. 1. Idem ergo evenire posset in aliis Regionibus, si simile quid in illis esset legitime statutum.

CAPUT III.

Quinam subjaceant Casibus Reservatis.

* Errè non nisi subditi reservatis. Sed adhuc sunt cenodandæ sequentes quaestiones.

An operans ex conscientia erronea?

Commisit quis delictum, v. g. Stuprum, quod non est in ejus Diocesi reservatum, ipse tamen, per erro-

rem, reservatum esse omnino putat, subjacit reservationi?

Respondeo, negativè, Doct. passim apud Avelan. q. 17. sect. 1. Unde is poterit absolvi à quocunque Confessario inferiore, sine necessitate recurrendi ad Superiorem, apud quem est potestas absolvendi à reservatione est in promptu, quia error delinquentis non potest diminuerè jurisdictionem, qua circa illud peccatum potest Confessarius.

An operans metu.

2. Titius timore mortis, vel alterius gravis metus, occidit, & nunc petit à communi Confessario ejusmodi absolveretur, quod est in Diocesi reservatum, metu subiacet casui reservato tali operationi adnexa est Excommunicatio, v. g. excommunicatio Clericorum (quævis cum peccato) percutitur metu dente in constantem virum, ut tanquam probabilem nos sustinemus in lib. de Excommunicatione, ut ne culat ab incurfu in casum reservatum. Et ratio videtur esse debet, quia reservatio, ut etiam dicta Excommunicatio, sunt odiosæ, atque adeo, quando strictè sunt interpretandæ & consequenter, ut intelligantur de peccato plenè voluntario, atque sunt ex metu, hæc absolute voluntaria sunt, sunt tamen aliquo modo involuntaria.

An Moniales?

3. Vel quæris de Monialibus exemptis à jurisdictione Episcopi; vel de non exemptis. Priores, puta exemptæ non subjacent, testibus Quint. Priores, puta exemptæ Pellizz. de Mon. c. 9. q. 15. n. 14. (docebat olim communis doctrina) casibus reservatis ab Episcopo, quæ subditi nequaquam sunt. Immo aliqui cum Pellizz. de Monial. c. 5. n. 191. probabiliter id extendunt ad ipsas seculares, quæ in Monasterio earundem Monialium exemptarum educandæ conservantur. Cum enim quasi domicilium commorentur in loco illo exemptarum, participare debebunt de exemptione. Adde, sic interpretandam Ecclesiæ voluntatem: ut habeant pariter eadem remedia suæ salutis, quæ habent ceteræ, quibus continentur.

4. Contra hanc communem doctrinam, illud nunc dicendum venit in mentem. Notavimus in superius de Sacram. c. 3. §. 2. n. 21. Gregorium XV. statuisse, has exemptas, non alios, quam ab Episcopo approbatos, habere posse in Confessarios. Iam ex hoc sequitur Episcopum posse restringere dictam approbationem, & Confessarium, quem his Monialibus concedit limitare, ne leat absolvere ab hoc, vel illo peccato; quia ratione ipsa Moniales hæc subjacebunt reservationi Episcopi.

Certè ita nunc esse dicendum, convincit discursus, quare doctrina Pellizz. de Mon. cap. 9. n. 14. & Quintan. de poenit. singul. 26. n. 1. contrarium dicens, vera videtur fuisse ante dictum Gregorii XV. Decretum, non vero postea. Hodie ergo, cum Episcopi semper approbent Confessarios sub restrictione, ne absolvant à reservatione (quando contrarium non expriment) eodem modo approbare præsumunt hos Confessarios Monialium, quamvis exemptarum.

Posteriores vero, id est Moniales non exemptæ subjacent omnibus casibus, quos reservat etiam Episcopus pro tota Diocesi, quia ejus sunt legitime subditi, vel notat idem Pellizzarius. Immo ex praxi communi habetur,

ut Episcopus aliquos Casus superaddat reſervatos pro ſolis ſuis his Monialibus, quod certe poteſt, quando Domino judicaverit ad monialium bonum conducere.

Ex dictis ſit, Moniales abſolvi non poſſe à reſervatis niſi à legitimo Confeſſario, habente facultatem pro dictis reſervatis de qua re multa habet Quintanad. l. c. nimis fortalle benigne; lege item multa apud Pellizzarium citatum, lib. 5. de pen. c. 5. §. 4. n. 40.

An Novitii.

5. Decantata quaſtio: nam propterea breviter tibi illam indico, legendam, ſi placet, apud Doctores mox citandos latius. Eam verò hic explicabo ſub illa æquivalenti quaſtione: Per quemnam Novitii abſolvi à reſervatis valeant?

6. Distingendum eſt. Aliud enim dicendum de peccatis reſervatis ab Episcopis, aliud de peccatis reſervatis à Prælatiſ ejus Religionis, in qua Novitius eſt.

Pro Reſervatis ab Episcopo.

7. A caſibus reſervatis ab Episcopo per te Novitium commiſiſ, ſive ante, ſive poſt ingreſſum in Religionem, non poteſ, ut habet Averſ. q. 17. de pen. ſed. 1. dum eſ Novitius abſolvi per communem Confeſſarium ſecularem, niſi ſiſ auctoritatem abſolvendi à reſervatis obtinuerit ab eodem Episcopo. Ratio eſt manifeſta, quia prædictus communis Confeſſarius, ut ſuprà diximus, limitatam habet Jurisdictionem, quæ ad reſervata non extenditur; at vero ab iſdem reſervatis Episcopo, poteris dum eſ Novitius abſolvi per communem Confeſſarium tuæ Religionis approbatum à Superiore. Ratio eſt, quia ex vna parte Religioſi, ut ſuperius vidimus, cum ſint exempti, non ſubiacent Caſibus reſervatis Episcopo, & ex alia, Novitij in favorabilibus gaudent omnibus privilegiis ſuæ Religionis, ut notat Sanc. l. 6. in dec. c. 10. a. n. 10. nam propterca poterunt abſolvi à Caſibus Summo Pontifici reſervatis, ſicuti poſſunt cæteri Religioſi profeſſi nempe à Superioribus talis Religionis juxta privilegia, quæ quilibet Religio habere ſolet, & juxta ea quæ dicuntur ſuo loco inferius, c. 11. §. 1.

Pro Caſibus Reſervatis à Religione.

8. Porro pro Caſibus reſervatis in Religione, eſt iterum diligenter ſubdiſtinguendum; vel enim Primo, loquutio eſt de Confeſſariis Regularibus, imò, & ſecularibus, quibus Superior Religionis exemptæ conceſſit licentiam abſolvendi ſuos Religioſos ſubditos independenter ab Episcopo (quod certe ex privilegiis exemptionis facere poſſunt, qualem exemptionem hodie habet Religioſes ſec. omnes) & de his Confeſſariis dico non poſſe abſolvere Novitium à dictis Caſibus reſervatis in Religione, niſi ſpecialem ad hoc facultatem obtineant à Superiore Religionis. Ratio eſt, quia ejuſmodi Confeſſarii Jurisdictionem abſolvendi reſervata nondum acceperunt à ſuo Superiore. Neque obſtat prædictos Confeſſarios jam habere licentiam excipiendi prædictas Confeſſiones. Non obſtat, inquam. Nam Superior, cum licentiam ſeu Jurisdictionem abſolvendi concedit limitatè, id eſt, dumtaxat pro non reſervatis, niſi contrarium exprimat, ut infra dicemus.

9. Vel Secundo, loquutio eſt de iſdem Confeſſariis, ſive Regularibus, ſive ſecularibus, quibus non jam Superior Regularis, ſed Episcopus conferat Jurisdictionem, Approbationemque abſolvendi ſuos ſubditos. Et de his Confeſſariis duplex eſt ſententia, utraque probabilis. Alij enim negant hos poſſe abſolvere Novitios à Caſibus prædictis reſervatis in Religione, in qua ſunt Novitij, quia Novitios (inquiunt) per ingreſſum in Religionem, omniſ mutavit domicilium, relinquens Territorium Episcopi, cui non amplius eſt ſubditus, unde ſicuti ab eo iudicati in foro externo non poteſt, ita nec poterit ab-

ſolvi in foro interno. Hanc ſententiam ſequitur cum Corduba, aliſque Laym. lib. 4. tr. 5. c. 4. n. 4. Suarez tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 17. n. 14. & Alcanius Tambur. de Inre Abb. tr. 2. d. 6. q. 6. n. 11.

10. Alij vero affirmant, quia quavis quoad forum Penitentia, Novitij ſint exempti à Jurisdictione Episcopi, propter Privilegia Religionis, quibus, & ipſi gaudent, unde poſſunt tum iudicari in foro externo, tum in foro interno à ſuperioribus ſuæ Religionis, tamen in odioſis Novitiis non veniunt nomine Religioſorum. Cum ergo odioſum ipſiſ ſit, non poſſe abſolvi ab Episcopo, poterunt tunc (ſi velint) tenere ſe, ut ſeculares, & ſic ab Episcopo, vel à Confeſſario, per ipſum approbato, legitime abſolvi, non ſolum à non reſervatis, ſed etiam à Caſibus reſervatis, in Religione, qui caſus, ut ſupponere ſemper debemus, non ſunt ab Episcopo reſervati pro prædicto Confeſſario. Ita ſibi contrarius Alcanius Tamb. de Inre Abb. tom. 2. d. 13. q. 5. plur. citans, Henric. Ioan. la Cruz aliſque apud Boſſ. de ſubſ. ſed. 3. c. 4. n. 13. & apud Averſ. q. 16. ſed. 7. & apud Dian. p. 1. tr. 6. ref. 27. & p. 3. tr. 2. ref. 4. & par. 4. tr. 4. ref. 5. Barbi in ſed. lib. 6. q. 23. n. 3. nolens quid decernere de Novitiis Societatis.

11. Suarez l. c. qui priorem ſententiam ſequitur, dicit, Privilegium exemptionis totum, & integram participari à Novitio: cum ergo in exemptione ab ipſiſ participata includatur, ipſos eximi à neceſſitate adeundi ad Episcopum pro reſervatis, non poterunt amplius ad illum adire pro abſolutione; licet enim hæc pars exemptionis non valendi petere ab Episcopo ſit (ait Suarez) odioſa, tamen quia includitur in ipſa exemptione, illam integrè participant Novitij, etiam huic parti ſubjacebunt.

12. Sed proſecto non apparet ratio, cur Novitius ex vi privilegij exemptionis, non poſſit acceptare id, quod ſibi favet: puta, ut abſolvi valeat à Superiore ſuæ Religionis & reſolvere, quod ſibi nocet, ſcilicet, ut abſolvi non valeat ab Episcopo.

CAPUT IV.

De peccatis, quæ ſive non poſſint, ſive nota ſolent reſervari.

1. Hæc ſunt. Primo venialia, ac mortalia, ritè aliàs abſoluta. Secundo mortalia dubia. Tertio mortè interna. Quartò, non completa.

2. Porro, antequam hæc quatuor ſigillatim declararem, adverte, ad multa ſequentia decernenda, legem, ſeu præceptum conſtituentia Caſus reſervatos, cum ſint odioſa; & reſtringunt enim libertatem abſolvendi, eſſe ſtrictè interpretanda (ſicuti de ſimilibus legibus odioſis docent Auctores, ut Salaſ d. 2. t. 5. a. V. Interpretatio, num. 1. & Caſtrop. de legib. d. 5. p. 3. §. 3. num. 11.) hoc eſt, debere verba, quibus caſus reſervantur, ſumi ſecundum propriam ipſorum ſignificationem, & quando dubitatur de ipſo ſenſu benigniorem partem eſſe accipiendam. Hoc in memoriam redactò, per quatuor propoſita breviter, ſed ſufficienter diſcurramus.

Venialia, ac mortalia aliàs ritè abſoluta.

3. Hæc ideo non ſolent reſervari, quia cum ea non obligemur conſiteri, inutiliter reſervarentur. Dixi non ſolent, nam an poſſint, lege Suarez t. 4. ad 3. partem, d. 29. ſed. 3. affirmantem, & Valq. t. 4. ad 2. partem q. 91. art. 5. dub. 2. negantem.

4. Hinc ſit, ut, ſi tu committas peccatum, quod ex ſe eſt reſervatum, ſed ob defectum plenæ advertentia, vel ob parvitatem materiae cognoſcas, te non peccaſſe, niſi venialiter, illud non ſit reſervatum; Fac. v. g. homicidium, & furtum eſſe reſervata, tu verò occidas aliquem inadvertenter, ſed tamen negligentia dumtaxat venialiter interce-